


AD AVTOREM.

I.

Musica noster amor, ꝛ O V Æ quæ cantat honores,
Ornando gravibus carmina sacramodis.
At, quæ Pyrrhichios mediis rotat ebria templis,
Deformatq; sacrum, Musica cujus amor?
Illa chori laus est; faciles decet ista choreas:
Templum amat affectus cum pietate graves.
Suave tuum melos est, HARTMANNÈ, sed & grave: felix
Qui nôsti sacros sic decorare choros.

M. Zacharias Schæffter Illustris
Gymnasii Casim. P.



II.

Quis non nectarei Thamyrae modulamina cantus
Miretur? quis non Bistoniiq; chelyn?
Scilicet iste quibus potis est certare Camœnis,
Hic infernales imminuisse cruces:
Jactantur meriti, memores ponuntur & inter
Nomina clarorum laude canenda virum.
Sed quem, qui Thamyram superat, quiq; Orphea, Phœbe,
Dixeris? HARTMANUM dixero, pace tua:
Quantò etenim majus, modulis hominesvè Deosvè
Flectere, quàm faxis & cecinisse feris;
Tantâ, virtuti modò si sua debita constet
Invitâ invidiâ gloria, laude præis.
Egregiis his macte bonis, HARTMANE; libellosq;
Harmonicos operâ continuando piâ,
Confortativis cœlesti nectare plenis
Perge juvare chorum, perge onerare polum:
Sic temet præsens & postera noverit ætas,
Supremos tua laus effugietq; rogos.

*Benevolentia causa
deproperab.*

Stephanus Cornarius P. Laur. C.
& Illustr. Canc. C.S.